



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

4 Vtrum pax sit virtus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

tur ex toto corde, ut scilicet omnia referamus in ipsum, & sic omnes appetitus nostri referunt in unum. Aliam uero prout diligimus proximum, sicut nos ipsos, ex quo contingit, quod homo uult implere uoluntatem proximi, sicut & sui ipsius. Et propter hoc inter amabilia unum ponitur identitas electionis, ut patet in 9. Ethic. & Tullius dicit in li. 7. de Amicitia, quod amicorum est idem uelle, & nolle.

\* li. 9. Ethic. 4. to. 7. Tullius in 3. fol. ante mediū libri.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod a gratia gratum faciente nullus deficit, nisi propter peccatum, ex quo contingit, quod homo sit auersus a fine debito, in aliquo in debito finem constituens. Et secundum hoc appetitus eius non inhaeret principaliter uero finali bono, sed apparenti. Et propter hoc sine gratia gratum faciente non potest esse uera pax, sed solum apparens.

Lib. 9. c. 1. & 3. to. 5.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut Philosophus dicit in 9. Ethic. Ad amicitiam non pertinet concordia in opinionibus, sed concordia in bonis conferentibus ad uitam, & praecipue in magnis, quia dissentire in aliquibus paruis, quasi non uidetur esse dissensus. Et propter hoc nihil prohibet aliquos charitatem habentes, in opinionibus dissentire. Nec hoc repugnat paci, quia opiniones pertinent ad intellectum, qui praecedit appetitum, qui per pacem unitur. Similiter etiam existente concordia in principalibus bonis, dissensio in aliquibus paruis non est contra charitatem. Procedit enim talis dissensio ex diuersitate opinionum, dum unus aestimat hoc, de quo est dissensio, pertinere ad illud bonum, in quo conueniunt: & alius aestimat non pertinere. Et secundum hoc talis dissensio de minimis, & de opinionibus, repugnat quidem paci perfecte, in qua plene ueritas cognoscitur, & ois appetitus conplebitur: non tamen repugnat paci imperfectae, qualis habetur in uia.

AD TERTIVM Dicendum, quod pax est opus iustitiae indirecte, in quantum scilicet remouet prohibens: sed est opus charitatis directe, quia secundum propriam rationem charitas pacem causat. Est enim amor uis unitiua, ut Dionysius dicit 4. cap. de diuini nominis. Pax autem est unio appetitiuarum inclinationum.

¶ Super quaest. uiginti. nono. articulum quartum.

Ca. 4. in parte 2. & parte 1. in medio.

IN articulo 4. omittitur secundo & tertio, nota quod cum dicitur, quod pax est actus charitatis, potius causalis quam formalis propositio est. Pax namque significare formaliter uidetur pertinetionem consequentem actum charitatis, quo Deus, proximi quem amat. Et quia perfectio illa non est res absoluta, distincta ab actu charitatis, sed est uel ipse actus, uel ueniens appetitiones in unum, uel proprietates relatiuae consequens ipsam (& hoc magis uidetur uerum, & consonat fundamento, scilicet unio appetitiui, & auctoritati Augustini, 19. de ciuitate Dei, scilicet quod est tranquillitas ordinis) se-

Lib. 19. c. 11. tom 5.

q. p. 20. art. 4.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum pax sit uirtus.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod pax sit uirtus. Precepta enim non dantur nisi de actibus uirtutum: sed dantur praeccepta de habenda pace, ut patet Marci 9. Pacem habete inter uos: ergo pax est uirtus.

¶ 2. Præterea. Non meremur, nisi in actibus uirtutum, sed facere pacem est meritorium, sicut illud Matth. 5. Beati pacifici, quoniam filii Dei uocabuntur: ergo pax est uirtus.

¶ 3. Præterea. Vitia uirtutibus opponuntur: sed dissensiones, quae opponuntur paci, numerantur inter uitia, ut patet ad Galat. 5. ergo pax est uirtus.

SED CONTRA Virtus non est finis ultimus, sed uia in ipsum; sed pax est quodammodo finis ultimus, ut Augustinus dicit 19. de ciuitate Dei. ergo pax non est uirtus.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, cum omnes

actus se inuicem consequuntur, secundum eandem rationem ab agente procedentes, omnes huiusmodi actus ab una uirtute procedunt, nec habent singuli singulas uirtutes, a quibus pcedant, ut patet in rebus corporalibus. Quia enim in rebus corporalibus, quod liquefacit, & rarefacit, non est in rebus liquifacitiua, & alia rarefacitiua: sed communi operatur ignis per unam suam uirtutem. Cum ergo pax causetur ex charitate ipsam rationem dilectionis Dei & proximi sum est, non est alia uirtus, cuius pars sit prius, nisi charitas: sicut & de gaudio dicitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod acceptum datur de pace habenda, quia est iustitiae: & propter hoc etiam est actus meritorius: ideo ponitur inter beatitudines, quae sunt uirtutis perfectae, ut supra dictum est. Per hoc fructus, in quantum est quoddam finis, habet dulcedinem. Et per hoc patet, quod in uitia opponuntur secundum diuersitatem. Et secundum hoc, charitatis non solum est odium ratione actus dilectionis, sed etiam uel inuidia ratione gaudii, & dissensio ratione

AD TERTIVM dicendum, quod uirtus est actus meritorius. Et secundum hoc, charitatis non solum est odium ratione actus dilectionis, sed etiam uel inuidia ratione gaudii, & dissensio ratione

QVAESTIO XXX.

De Misericordia, in quatuor articulis.

OSTEA considerandum est de misericordia. ET CIRCA hoc quaeruntur quatuor articuli. Primo, Vtrum malum sit in corde ex parte eius, cuius misericordia. Secundo, Quorum sit misericordia. Tertio, Vtrum misericordia sit uirtus. Quarto, Vtrum sit maxima uirtutum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum malum sit proprie motiuum ad misericordiam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur non proprie sit motiuum ad misericordiam. Vt enim supra ostensum est, culpa est malum, quam pena: sed culpa non est proprie ad misericordiam, sed magis ad iram. Ergo malum non est misericordiae motiuum. Præterea. Ea, quae sunt crudelia, uidentur quendam excessum malum habere. Philosophus dicit in 2. Rhetor. quod dicitur misericordiam, & expulsiuum misericordiam, in quantum huiusmodi, non est motiuum ad misericordiam.

¶ 2. Præterea. Signa malorum non uidentur esse signa malorum magis prouocant ad misericordiam, ut patet per Philosophum in 2. Rhetor. ergo malum non est proprie motiuum ad misericordiam.

SED CONTRA est, quod Damascenus dicit in 2. secundo libro, quod misericordiam causet tristitia: sed motiuum ad misericordiam est malum: ergo motiuum ad misericordiam est malum.

RESPON. Dicendum, quod sicut Augustinus dicit in 19. de ciuitate Dei, misericordia est aliena motiuum: sed in corde compassio, qua utique prouocatur